HAIMO ALTISSIODORENSIS. (PS.-)HIERONYMUS
Zwettl 3. Drittel 12. Jh.
Seite 189v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

et introire in atrijs eius. Adorate
dominum in decore sanctum. pauete a
facie eius omnis terra. Dicite in gen
tibus dominus regnauit. siquidem appendit
orbem terrarum inmobilem. iudicabit populos
in equitate. Letentur celi et ex
ultet terra. tonet mare et plenitu
do eius. Gaudeat ager et omnia que
in eo sunt. et laudabunt omnia ligna syl
uarum. Ante faciem domini quia uenit
quia uenit iudicare terram. Iudica
bit orbem terrarum in iustitia. et populos in
fide sua. xcvi.

Dominus regnauit exultabit
terra. letabuntur insulae multae.
Nubes et caligo in circuitu
eius. iustitia et iudicium firmamentum
sedis eius. Ignis ante faciem eius ibit.
et exuret per circuitum hostes eius.
Apparuerunt fulgura eius orbi terrae. uidit
et contremuit terra. Montes sicut cera
tabefacti sunt a facie domini. a facie
dominatoris omnis terrae. Annuntia
uerunt celi iustitiam eius. et uiderunt omnes
populi gloriam eius. Confundantur omnes
qui seruiunt sculptilibus. qui gloriantur in idolis. Adorent eum omnes
deos. audiuit et letata est syon. et
exultauerunt filiae iudae propter iudi
cia tua domine. Tu enim dominus excelsus
super omnem terram. uehementer elleuatus es
super omnes deos. Qui diligitis dominum
odite malum. custodit animas sanctorum
suorum de manu peccatorum eruet eos.
Lux orta est iusto. et rectis corde
letitia. Letamini iusti in domino. et
confitemini memorie sancte eius. xcvii.

Cantate domino canticum no
uum. quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius.
et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus
salutare suum. in conspectu gentium
reuelauit iustitiam suam. Recordatus est misericordie suae et ueritatis suae do
mui israel. uiderunt omnes fines terrae
salutare dei nostri. Iubilate domino
omnis terra. uocem laudis. et laudate
et canite. Cantate domino in citha
ra. in citharam et uoce carminis.
In tubis et clangore buccine. iu
bilate coram rege domino. Pone mo
re et plenitudo eius orbis et habita
tores eius. Flumina plaudent ma
nu. simul montes laudabunt.
Ante dominum quia uenit iudicare terram
iudicabit orbem in iustitia. et
populos in equitate. xcviii.

Dominus regnauit commoue
antur populi. sessor cherubim
concutiat terram. Dominus in syon mag
nus. et excelsus super omnes populos. Con
fitentur nomini tuo magno. et
tremendo. sanctum est. et honor regis iudicium
diligit. Tu fundasti equitatem.